

Colloquium XII^{mum}.*De reliquis ædificiis notabilibus.*

BARTHOLOMÆUS et ANDREAS.

- B.** Inter alia ædificia, Augustæ notabilia, reperitur quoque urbicula in urbe. **A.** Non capio, quid velis hoc ænigmate. **B.** Fuggeriam puto, in suburbio Jacobitano sitam, quæ fere constituit urbiculam in urbe. **A.** Qui sic? **B.** Quia tres proprios habet aditus; peculiarem Præpositum, ecclesiam, capellanum, scholam, ludimagistrum, & quinque constat plateis. **A.** Quos agnoscit authores? **B.** Fratres Udalricum, Georgium & Jacobum Fuggeros, qui ædículas hæc ædificari curarunt, & fundatione dotarunt. **A.** Quot continet ædificia? **B.** Comprehendit centum & sex habitationes, sed parvæ magnitudinis & altitudinis. **A.** Quis inhabitat eas? **B.** Secundum foundationis
- B legem